

NvK an Konrad Bossinger, Brixner Chorberrn (und Pfarrer zu Rodeneck). Er gibt Anweisungen zur Absolution von Personen aus seiner Pfarrei, die wegen ihrer Beteiligung am versuchten Anschlag auf den Kardinal in die Exkommunikation gefallen seien. Die Männer sollen ihre Taten öffentlich bekennen und sich schriftlich an den Kardinal mit der Bitte um Vergebung wenden. Die Namen der Personen und ihre Aussagen sollen notariell protokolliert werden.

Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 152 (Nr. 103; früher: Pestarchiv XXXIX 157).¹⁾

(Adresse über dem Text:) Vester Nicolaus cardinalis Sancti Petri, Urbis Romae legatus, venerabili nostro fideli domino Conrado Bossinger, canonico Beate Marie Brixinensis.

Eternam salutem. Venerabilis d. Conrade, amice carissime. Intellecto, quomodo quidam ex parrochia vestra²⁾ de eo, quod insidiis³⁾ contra me positus fuerunt excommunicati, oborabant absolvi, locutus sum pro eorum salute sanctissimo d. n. Et placet s. s., quod vos eorum confessiones illius publici peccati publice audiatis. Et si qua occulta dicere velint ultra ea, que publica sunt, in occulto audiatis. Et eos auctoritate apostolica in forma ecclesie iniuncta pro modo culpe penitencia in dei nomine absolvatis. Et est intencio mea parcere eis, si me rogaverint. Inducite igitur eos, ut faciant
 5 supplicacionem ad me, in qua veritatem scribant et supplicent eis indulgere. Et legatur illa supplicacio coram notario et testibus et interrogentur, an sic supplicent; et requirite
 10 desuper notarium.⁴⁾ Quo facto procedite ad absolucionem, ut premittitur. Et inducite eos, ut intelligant absolucionem non aliter posse fieri, nisi precedente reconciliacione. Et dicite, quod ego sim misericors supplicantibus. Ideo supplicent. Et si fecerint in
 15 scriptis, ut prefertur, tunc velitis eos michi reconciliari, quia sciatis michi placere. Et nisi hoc facere velint, non absolvatis eos. Si fecerint, mittite michi instrumentum, ubi inserta sit supplicacio et nomina supplicancium cum proximo securo.⁵⁾ In Christo feliciter valentes. Ex Roma, die ultima januarii anno etc. lviii^o.

¹⁾ Notariell beglaubigte Kopie des Conradus Choppen, Klerikers der Diözese Bamberg und von kaiserlicher Autorität öffentlichen Notars.

²⁾ Konrad Bossinger war Pfarrer zu Rodeneck.

³⁾ Es ging vor allem um die gegen NvK gelegten Hinterhalte an der Brixner Klause und in Aicha Ende Juni/Anfang Juli 1457; s.o. Nr. 5291f.

⁴⁾ Ziel war eine beweiskräftige Dokumentation der versuchten Angriffe auf NvK, die offenbar auf dem Fürstentag von Mantua vorgelegt werden sollte. Die Delinquentenliste Nr. 5292 geht vermutlich auf die von Nr. 5836 initiierte Dokumentation zurück. Vgl. frühere Bemühungen des NvK zur Beweissicherung; s.o. Nr. 5422, 5475.

⁵⁾ D.h. mit dem nächsten verlässlichen Boten.